



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi  
Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

2. An etiam cum periculo vitæ?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

296 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
egent gratia sacramenti Eucharistiae, ad p-  
seuerandum in iustitia per pœnitētiam re-  
cuperata, & ad superādas tentationes, que  
illo tempore & per plurimæ & grauiſſimæ  
superuenire solent. Adde, quod si propter  
huiusmodi causas statueret pro regula non  
debere pastores regulariter omnibus, sed  
quibusdam tantum ministrare Eucharisti-  
am, plerique desererent administrationem  
huius sacramenti, quod esset consuetudi-  
nem vniuersalis Ecclesiae querere, & ani-  
mas graui salutis periculo exponere.

Q V Ä S T I O II.

*An etiam cum periculo vite?*

*Quæstionis explicatio.*

**C**um pastor non teneatur vitam suam  
corporalem exponere periculo, nisi  
propter extremam vel valde grauem suam  
vel proximi necessitatē spiritualem, secun-  
dum communem: ex defectu autem sacra-  
mēti Eucharistiae quis non constituatur in  
extrema, & secundum quosdā non vñq; ad-  
eo graui necessitatē spirituali: Horum oc-  
casione quæritur, an pastores cum pericu-  
lo vitae corporalis teneātur ministrare hoc  
sacramentum, an vero excusentur?

*Responſio.*

**T**enentur saltem cum periculo comu-  
ni & ordinario talis eritudoinis, qd (vt  
ſupe;

superiore quæstione diximus) ex mēte plurimorum Doctorum Eucharistia est mediū suo modo necessarium ad conseruandam gratiam, ita ut nisi illa egris eo tempore ministeretur, in graui admōdum salutis suæ periculo relinquantur.

Dixi: (*Cum communī & ordinario periculo*) quia pastor poterit excusari, si periculum contagionis multum augeatur, & necessitas proximi diminuatur, puta, quia æger forsitan à paucō tempore communicauit, & pastor moraliter sibi certo persuadere potest illum esse in statu gratiæ, quia ægrotus doctus est & prudens, & sollicitus salutis suæ, & pestis passim grassatur, plerosque omnes corripiens,

Dices: Pastores secum cogitantes de statu suorum subditorum peste infectorum, non possunt se resoluere, an sint vel non sint in statu gratiæ, sed fluctuant inter spem & metum, tenebunturne & illis casib. ministrare hoc sacramentum cum ordinario periculo contagionis.

R. Tenebuntur, quia in huiusmodi, ubi <sup>a Clem. 1. de</sup> periculum est æternæ damnationis, habet priuileg. & locum illa regula (<sup>a</sup>) iuris, <sup>b Clem. dum. de Religiosis.</sup> in dubiis tutiorem <sup>b Conc. Carthag. 1. c. 7.</sup> parte in esse eligendam, quod etiam spe-

ciatim notauit (<sup>b</sup>) Adrianus.

T S

Q V AE-